SAMMLUNG VON BRIEFEN UND TEXTEN GEGEN DIE HUSSITEN

Österreich (Wien), 2. Hälfte 15. Jh. (nach 1454, vor 1478; Ergänzungen: 16. Jh.) Seite 70r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6330
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

aut indumenta recepti aut commissi qualiter non est devoto
simplici et ideo irrevocabiliter prohibitum est quod in ordine
mendicancium qui sunt rectores curiatores nullus recipiat ad profess-
ionem ante annum in quo quilibet probet per sufficienciam experiri quid
sibi expediat. Et preterea religiosi mendicantes non prohib-
ent homines recipere voto simplici ad religionem. Neque etiam
prohibent inducere vel obligare sed ne prelatis recipe-
re patet etiam ex hoc quod dicitur in fine anni probacionis
ergo ante ingressum non prohibent. Quotiens igitur aliquis
recipiat aliquem legittime etatis ad manendum perpetuam per
professionem expressam vel tacitam factam per habitus professorum
suscepcionem non incurrunt penas dicti sextuales cum talis rec-
epcio aut obligacio sit solum votum simplex et non solemp-
ne etiam si sit publicum. Unde licet quis intrandum promi-
ttat et protestetur coram omnibus in capitulo quod nolit ad se-
culum redire non tamen solempnizat per hoc votum religionis
etiam si tamen hoc ante professionem solempnizet votum continue
per susceptionem sacri ordinis quia hoc non habetur ex ecclesie
ordinacione ex qua habet ortum votum quo solempnizatur in-
gressus religionis. Insuper sic obligatus receptus vel in-
ductus obligatur illi religioni specialiter et si non quo
ad forum ecclesie dummodo non potest probari tamen quo ad iudicium
dei sicut si in seculo existens vovisset intrare et remanere